Achab minigentē ad parietē et clausum et ultimū in israel: et canes comedēt Jezabel in iezrahel: hec ibi. Propter hoc etiā uxores paruuli posteriq; iudeorū puniti sunt et adhuc puniuntur: ultione diuina tam temporaliter et eternaliter: non quidē ex hoc et dominice crucifixionē interfuerūt vel ad hoc cooptati sunt: sed quia parentibus consenserūt et consentiūt: et ab eis imprecationem maledictionis suscepérunt: ad dilatū vociferatibus eisdem. Sanguis eis super nos et sup filios nostros. Unde percussit eos dominus in posteriora: et opprobriū sempernū dedit illis: quia divino iudicio sicut posteri per cōsensum parentū impietatē cōmunicāt: sic et hanc detestabilē maledictionem hereditant: ob hoc deniq; uxores filij posteri vel heredes usurparū raptorū furum violentiā inferentiū iniusticiā vel deceptionē quācīq; agitantū et similiū: cum eisdem rei iudicant: nō quia faciunt sed q; cōsentunt: sic acquisita damnabiliter retinendo et lese parti nō satisfaciēdo inquātū facultas honorū suppetit: vel etiam debita iuste vel iniuste cōtracta non soluendo: verū tamē quādō debita vel iniusta totā hereditatē exhauriunt: tunc heres debet esse immunis a damno sicut imunis esse teneatur a lucro: ita q; non tenet satisfacere de proprijs sicut nihil retinere potest de alienis. Ad maiorem autem evidentiā queri potest: quotuplex est cōsensus in culpā vel in iniusticiā alienā. Ad hoc respōdet glo. in. c. j. extra de offi. delegati. vbi agit de cōsentientibus q; pari pena plectendi sunt: et dicit glo. q; quadruplex est consensus sc̄ ne gligentie: consilij cooptationis: auctoratis seu defensōis. Primus igit cōsensus est negligenter: de quo cōsensu dicit glo. q; in illo casu minus peccat cōsentiens q; faciens: nisi forte negligētia nimis crassa et supina fuerit: vt in plato: sicut patet. j. q. j. c. quicquid. vbi punit episcopus ex cōmunicatiōe duorum mensū: eo q; correctionem debitā neglexit. Minimū cum dicit. lxxvij dist. c. cōsentire videt errantib; qui ad resēcanda que corrigi deberent non occurrit. Et c. quid enim prodest illi suo errore non pollut: qui cōsensum prestat erranti. Et ex his colligi potest quātum supiores delinquentū: ac quāta pena digni sunt: cum subditorū excessus ex detestabili negligentia corrigerē dissimulant: sicut exemplariter patet Numeri. xxv. vbi dicit q; populū for-

preceptō

niciatus est cum Moab: ac pro peccato populi iussit dominus principes in patibulis suspendidi: ad mitigandū furore domini. Cur aut peccante populo deus duces crucifigi voluit: nisi quia eorū negligētia peccatis populo et illos p̄ticipes cōstituit: iux illud. xxvij. q. iiij. Qui potest obuiare et perturbare peruersos et non facit: nil est aliud q; fauere impietati. Hinc etiā hely p peccatis filioꝝ suorum multiplici plaga et morte temporali mulcratus est: imo sicut ait Hieronymus: Pro peccatis filiorū suorū damnatus est: q; corripuit eos sed lenitate patris: nō auctoritate pontificis. Quapropter lxxvij. dist. p̄cipit. c. si quis ep̄pus fornicationi p̄sbytero et diaconorū vel criminis incestus in sua parochia precio vel p̄cibus internuēte consenserit: vel cōmisum auctoritate sui officij non impugnauerit: ab officio suspēdat. Et. c. sequēti dicit: q; episcopus qui talium crimina vel alioꝝ puerse agentū non corrigit: magis dicēdus est canis impudicus q; episcopus. Deniq; de hoc cōsensu negligētie vel dissimulationis dicit Hein. de vri. q; si aliq; ex officio suo debet et pōt rapinas et spolia p̄cavere et nō cauet: tunc talis quidē spoliator dicit: non tamē tenet ad restitutionē: sed auferentē cogere debet q; restituat: si tñ aliquid emolumentū p̄ceperit de tali dissimulatiōe: tunc ad restitutionē obligat. Similiter si requisitus cauere nolebat: vel si requisit⁹ auferentē ad restitutōe nō cogebat. Q; si q; sit quid igit de officialibus qui se certificare negligunt an sui mīstri officia sua bene vel male gerant. Vñdet Jo. de pla. q; tales teneat p delicto familie sue cōmissio p̄tertu officij in quo tales p̄ponit: q; teneat esse sollicit⁹ se velle certiorari an officiales sui bñ regant: et si male tunc de remedio puidere als de negligentia sunt officiales hñmōt p̄ntendi: et allegat idem Jo. multa iura ad hoc. Secundus vero cōsensus est cōsilij: de quo dicit glo. vbi supra: q; min⁹ punit cōsulens q; agens: plus tamē q; negligens. Sed Hein. de vri. distinguat de cōsensu cōsilij et p̄suasiōis: aut enī p̄do fur usurarius vel cōsimilis erat hoc facturus etiā sine cōsilio: et tūc minus peccat cōsulēs q; factēs: nec teneat ad restitutionē: aut nō erat facturus: et tūc est par delictū facientis et cōsentientis: vt. ff. de furē. l. qui suo. et talis teneat ad restitutionē. Aliquādo etiā delictū consulētis maius reputat q; facientis: quia

Principaliter videndū ē quo animo fiat peccatum: et ideo. lxxxvi. dist. in. c. tanta plus. excusat faciens ppter simplicitatē q̄ consilens. In cuius argumentū cōsulens ibidē magis punīt: sed de hac materia dictū est in sermone p̄cedenti. Tertius autē cōsentus est coopations: de quo glo. vbi supra: q̄ in tali consensu equaliter peccat faciens & cōsentiens: & fm hoc intelligunt omnes auctortates que dicunt: q̄ equaliter puniunt agentes & cōsentientes: & exemplificat l̄lein. de vri. q̄ si duo vel plures vnū agnū furati sunt quem singuli tollere nō potuerunt: omnes furti tenent in solidum: sed si unus potuisset furtū fecisse sine alio: tunc quilibet tenet p̄ parte sibi als cōtingente: & allegat. ff. de fur. l. vulgarū. Ad lucidorem tamen intellectū istius sciendū est: q̄ triplicē quis alteri coopari pōt & fauendo opem ferre. Nam primo quis p̄stat opem alteri non respectu certi delicti: ita q̄ fauet delinquēti: sed nō delicto: vt exempli grā: quis cōmodat alteri crīmīoso & bānito pecunia vel aliud auxiliū qui per terras facinora cōmittebat: non tamē hoc respectu vt ip̄e posset delinquere & grassari: sed p̄ alii quo casu licito: & tunc opem ferens in nullo punīt: puta si supplicat iudicii vt eximat eum de banno: vel est aduocatus in causa i qua agit de nullitate banni: hoc enī licite sit: vt pat̄z extra de iudi. c. intellectim⁹. vbi dicit: q̄ excommunicati cōueniri possunt et assistere in iudicio: sed respondere debent p̄ pcuratorem: vt pat̄t ibidem & in glo. et de excep. c. j. li. vi. & p̄ cōsequēs si talē fame morientē q̄s alit: nulla pena tenet. lxxxvij. dist. c. nō satis. circa finē. P̄dācē fame morientem: quisquis enī pascendo homines seruare poteris si nō paueris occidisti. Hec tamē sane intelligunt quādo non esset interdictū vel ex natura criminis vel als ex causa in talibus fauert: quia tunc diceret esse fauor in casu illicito: sicut in casu q̄ tan git libro sexto: de hereti. c. ij. q̄ scilicet here tici non debent tradi ecclesiastice sepultu re. Secūdo vero quis fauet delinquenti & opem confert in casu non licito: q̄uis non faueat delicto: vt quādo delinquētem post cōmissum delictū receptat & occultat: & tūc bene punīt non tamē pari pena: quia non potest fingi q̄ consenserit delicto sed tenebit alia pena vt tanq̄ receptator: vt. ff. de receptatorib⁹. & de his qui latro. occulta. & idem est in fauore preserto ante delictum:

dūmodo non respectu certi delicti. Tertio deniq̄ quis fauet et opem fert et respectu certi delicti: vt quando tribuit arma ad interficiendū aliquem: vel tribuit scalas ad ingrediendum monasteriū: et tunc taliter cōsentiens tenet pari pena tanq̄ opem efficiacem prestans: eo casu quo alter non erat als commissurus vel saltem non sic faciliter: nam si als erat commissurus non dicitur facere principaliter: nec etiam tunc tenet vt faciens sed tanq̄ opem prestans secundariam non principalem: & per cōsequens non tenetur pari pena sed minori. P̄dōrō principale opem cōferens: sicut pari pena tenet: sic & in solidum obligatur: quod potissime claret in aduocatis & pcuratoribus cum causam iniustam suis cauillationib⁹ defendūt. Ende fm Ray. tales tenent ad restitutionem omnīū que illi contra quos aduocabant propter eorum patrociniū iniuste amiserunt: seu per nimiam dilatationē diffinitive sententie damnificate fuerunt. Ende generaliter si per suas cauillatiōes aduersariis causam bonam abstulerunt: vel etiam eos grauauerunt superfluā dilationem petendo: vel falsum contra conscientiam allegando: vel etiam positionē cauillosum faciendo: aut falsum testem instruendo: aut clienticulū denegādo veritatem instruendo vel procaci vociferatione processum impediendo: prout patet expressum v. q. iiij. in loco. & in glosa. In omnib⁹ his et similibus aduersario tenet ad interesse non solum eris sed etiam iuris: ita q̄ teneatur ponere partem iniuste oppressam in statu sui primi iuris: alioquin improprietate illi a domino illud. iiij. Regū. vltimo. Impio prebes auxiliū & qui dominū oderunt amicitia iūgeris: idcirco iram domini merebaris: q̄ aduocatus defendēs iniustum causam: impio & veritatē que deus est odiēti p̄bet auxiliū: & ideo concludit Tho. scđa 2^e. q. lxxij. q̄ illicitu est alicut coopari ad malū faciendū: siue cōsulendo siue adiuvando siue qualitercūq̄ cōsentiendo: q̄ cōsilians & coadiuvans quodāmodo est faciens. Manifestū est autē q̄ aduocat⁹ auxiliū & auxiliū p̄stat ei cui⁹ cause p̄ocinat⁹: vñ si sc̄iēter iniustā cām defendit absq̄ dubio grauit peccat: & ad restōem ei⁹ dāni tenet qd̄ h̄ iusticiā p̄ eius auxiliū altera p̄s incurrit: si autē ignoranter iniustā cām defendit: putans eam esse iustum: excusat fm modū quo ignorantia excusare potest: & si postea

De decalogi

In processu litis apparet iniusta: tunc non debet eam perdere: ut scilicet alias partem inuenire vel secreta sue cause alteri parti remelare: debet tamē causam illam extūc deserere vel eum cuius causam agit ad cedendū siue ad compositionem sine aduersarij damno cum effectu inducere: hec ille. Quartus denique consensus est auctoritatis siue defensionis: et in hoc casu magis peccat consensio defensoris et auctoritatē persistendo quod faciens et magis puniēdus est: unde dicitur. xxiiij. q. iij. c. qui aliorū errorem defendit multo est damnabilis: illis qui errant: quia non solū ille errat sed etiam alijs offendicula erroris preparat et confirmat: hoc ibi. Sicque heresiarche plus peccat quod heretici: quia se principes aliorum errorum constituit: et. xij. q. iij. c. qui consensit peccatiibus et defendit delinquētes: maledictus erit apud deum et homines. Et sequitur: Si quis peccantē defendit acius quod ille quod peccauerit coheret: hoc ibi. Hac enim de causa tribus beniamini ferre tota deleta fuit iuxta Habaa: quia sceleres peccatores defendere conati sunt: ut patet Iudi. xx. Ad maiorē tamē evidentiā sciendum: quod aliquādo fit auctorizatio vel defensio delicti post perpetratum delictū: non tamē factū nomine auctorizat: et tunc auctorizans non dicitur facere delictū illud: nec tenet tanquā factor delicti: sed tanquam fautor et defensor delinquentis. Alioquin non licet auctorizatio delicti fit post perpetratum delictū: tamē commissum est delictū nomine auctorizantis: et tunc idem iudicium est de ratificāte sicut de mandante: ut patet plane lib. vij. de sentē. excō. vbi dicitur. c. cum quis absq; tuo mandato manus iniecit in clericū tuo nomine violentas: si hoc ratū habueris: excōmunicationē latam a canone incunctanter incurris: cuius ratibabitio retrotrahatur et mandato debeat comparari. Si vero infectio eadem tuo nomine non sit facta: tunc licet pecet ratam habendo eādem: non tamē propter hoc excōmunicatiōis ullius vinculo inmodari: cum quis ratū habere nequeat quod eius nomine non est gestū: hoc ibi. Et hec duo continent in duabus regulis iuris lib. vij. Prima est ratū quod habre non potest quod ipsum nomine non est gestū: glo. expresse vel interpretatione. Secunda est ratibabitio retrotrahi et mandato non est dubium comparari. Pro quo sciendū quod si quis clericū verberat nomine meo non tamē iussu meo: non sum aliquo modo obligatus tempore infectiōis nec excō

precepto

municat: sed tempore quo ratum habeo: tunc demū obligari incipio prout non pertinet. Et sic ratibabitio retrotrahatur culpā et excommunicationē ad ratū habentē incunctanter id est sine mora: quod intelligit non solū de ratibabitio vera sed etiam interpretatione: exempli gratia: procurator meus aliquid facit nomine meo licet ad hoc mandatum non haberet: ex quo scio si non purgo teneor: quod tunc illud mandare video et hoc est ratibabitio presumpta. Similiter si prohibere possum et sciens non prohibeo: quod si prohibeo vel purgo non teneor: unde a simili principio cum execūtato non tamē in maleficio sed ad correctionē induco: non sum ligatus: si autem in maleficio ligatus sum: quod in criminis principio cum criminoso: sic etiam hic principio nomine meo gestis approbando hec sparsum in glo. ibidem. c. cum quis. Alioquinādo denique fit auctorizatio in ipso delicto: et tunc magis peccat taliter consensio quod faciens: et magis tenet ad restitutionē. Quia ratio est: quod oīa nostra facimus quibus auctoritatē impartimur: ut patet lib. vij. de pben. c. si apostolice. Exempli gratia. Si auctoritate sculpet vel baliū eius familia capit clericum qui notorie apparet clericus: tunc sculpetus vel baliū dicitur facere et plus tenet quod facientes. Et sic patet ex predictis qualiter consensus obligat ad peccatum et ad restitutionē. Quod si quis simpliciter corde consensit aliquo delicto alieno ex quocunque affectu inordinato: reus est illius delicti coram deo: et ideo Ezech. ix. Jussit dominus omnes interfici in hierusalē propter peccata delinquētiū in ea: qui non habuerunt signū thau in frontibus eorum: quod signum ponebat dominus taxat in frontib; ipsa peccata deflentiū et gementiū vbi dicit ibidē Ezech. quod dominus vocavit virūs induitū lineis: habentē atramentariū scriptoris in lumbis: et dixit ei. Transi per mediā hierusalē et signa thau super frontes virorum gementiū et dolentiū: super cūctis abominationibus quod sunt in medio eius et dixit alijs sex viris: Trāsite per ciuitatem sequentes eū et non parceretis neque miserantes: percutite senes adolescentē virginē parvulū et mulieres et omnē autem super quem videritis thau ne occidatis et a sanctuario meo incipite. Quod a nobis auertat xps iesus benedictus in secula.

De quarto precepto alieno. s. adulatio: et qualiter in eo quis obligatur ad restitutionē: Sermo LI

septimo:
On furtum facies:

Dxo. xx. Quartū peccatū alienū est adulatio de qua dicit Augus.
sup p̄s. q̄ adulatio ē fallaci laude seductō. Et itē att: duo sunt genera psecutor. s. vi
tuperantiū; t laudantiū: sed plus psequit
lingua adulatoris q̄ man⁹ psequētis. Cu-
ius rationē ostendit idē dī. Adulatiū lin-
gue ligāt homines in peccatis: delectat enī
ea facere in quibus nō solū nō metuit rep-
hensor sed etiā adulator operat. Qd̄ etiā
affirmat Hiero. sup p̄s. di. Nihil est qd̄ taž
facile corrūpat mētes hominū sicut adul-
atio: plus em̄ nocet lingua adulator. q̄ gla-
dius psecutoris. Ad cuius evidentiā q̄t
potest vtrū adulatio semp̄ est peccatum: ac
vtrū obligat ad restitutionē: p̄sertim cum
adulatio cōsistat in quodā sermone laudis
alteri exhibite t hoc intentiōe placēdi: sed
aliū laudare nō est peccatum: qr̄ dic̄ puer.
vlti. Surrexerūt filie eius t beatissimā p̄/
dicauerūt vir eius t laudauit eā: nec etiā
alijs velle placere peccatuž est: iuxta illud
mandatū ap̄līcū. j. Lox. x. Placete om̄ib⁹
per oīa t̄c. Ad hoc dī. ē fm̄ Tho. sc̄da. 2^e.
q. cxv. q̄ laudare aliquē pōt cōtingere be-
ne t male: put debite cīcūstantie suant v̄l
p̄termittunt: nā si q̄s velit aliquē delecta-
re laudādo vt ex hoc eū cōsulet ne in tribu-
lationibus deficiat: vel etiā vt in bono p̄/
ficere studeat: alijs debitīs cīcūstātīs ob-
seruatīs: hoc p̄tinebit ad virtutez amicītīs
t affabilitatis. Similīs velle placere homī-
bus: ppter nutrīdā charitatez t vt in ei⁹
bomo spiritualē proficere possit laudabi-
le est: verūtamē velle placere hominibus
pter inanē gloriā: vel ppter lucrū: v̄l eti-
am in malis hoc peccatum esset: fm̄ illō p̄s.
deus dissipabit ossa eoꝝ t̄c. Et ad Salath.
ij. Si adhuc hominibus placerez xp̄i seru⁹
non essem. Sic etiā pertinet ad adulatiōe
qr̄ est laus p̄nitiosa: q̄ alijs velit aliū lau-
dare in quibus nō est laudād: qr̄ forte ma-
la sunt iuxta illud: qm̄ laudat p̄tor in de-
siderio anime sue t iniquis benedicit: ex-
acerbabit dñm peccator: vel qr̄ nō sunt cer-
ta de quibus eū laudat: sed tm̄ sc̄dm appa-
rentia Eccl. xj. Me laudes virum in specie
sua: vel etiā si timeri possit ne humana lau-
de ad inanē gliam p̄uocet. Hinc Eccl. xj.
āte mortē ne laudaueris hominē: vnde sic
laudās aliū peccaret p̄ excessum qr̄ p̄tinet
ad adulatiōe qr̄ si facit sola intētiōe de-

Sermo LI

lectandi vocat placid⁹ fm̄ pb̄s. Si vero fa-
cit intētiōe alicui⁹ lucrī p̄seqndi vocat bla-
ditor v̄l adulator: cōiter th̄ solet nomē adu-
latiōis oīb⁹ attribui: q̄ supra debitu⁹ modū
virtutis delectare voluit x̄bis vel factis in
cōi p̄uersatiōe. Et diuersimode peccat sc̄d̄
q̄ntitatē t qualitatē adulatiōis: ac fm̄ dire-
ctionē intētiōis. P̄ro quo sciendū sc̄dm
Tho. ibidē q̄ adulatio tribus modis pōt
h̄riari charitati: t p̄ p̄sequēs p̄stituit mor-
tale peccatum t obligat ad restitutionē. P̄al-
mo modo rōne ip̄ius materie: puta cū alijs
q̄s laudat alteri⁹ p̄ctī qd̄ h̄riaf tā dilecti-
oni dei q̄ p̄ximi. P̄ro h̄riaf dilectiōi det
p̄tra cui⁹ iusticiā loqtur t scripturā illi⁹ mē-
dace facere conat: sicut illi q̄bus ait domi-
nus Malach. ljj. Inualuerunt sup mexbā
v̄ra: t dixistis qd̄ locuti sum⁹ p̄tra te: t di-
xistis: van⁹ ē q̄ fuit deo: t qd̄ emolimētuž
q̄ custodterim⁹ p̄cepta ei⁹. q. d. nullū: t q̄
ambulauim⁹ tristes corā dñio exercituū. i.
ietunijs afflīcti: ḡ nūc beatos dicim⁹ arro-
gātes. Si qd̄ edificati sūt faciētes ip̄ieta-
tes. s. i domib⁹ t possesiōib⁹: t tēptauerūt
deū t salui facti sūt. s. ip̄m p̄uocādo t p̄tē-
nēdo: ex q̄ p̄cludere volūt q̄ dñs de malis
coꝝ nō h̄z noticiā v̄l saltē nō facit iusticiā
qd̄ ē blasphemia in deū: vñ r̄fiderūt Hiero-
mīe increpāti excecati in dei: etiā dē. xlitiij.
Sacrificem⁹ regine celi. i. lune sīc fecimus
in vrbib⁹ iuda t in hierlm t saturati sumus
panib⁹ t bñi erat nobis: ex eo aut̄ tpe q̄ ces-
samus sacrificare et oīb⁹ idigem⁹: t gladio
t fame p̄supti sum⁹. Et r̄fiderūt Hiero. ex ore
dei diuersas īgerēs cōminatiōes t plagas
vt pt̄z ibidē in psecutiōe. Secūdo p̄traria-
tur dilectiōi p̄ximi quez adulādo fouet in
pctō: qr̄ dīc Beda sup Lu. Ip̄a p̄tī nutrix
adulatio: q̄ sīc oleū flāmis in culpa ardē-
tib⁹ solet administrare fomētu: q̄ p̄fecto pe-
stis maxie circa magnates t diuites inua-
lescit. Dīc em̄ Seneca in qd̄a ep̄la: q̄ dñi
tes cū om̄ia h̄fit vñ illis deest. s. q̄ veritā-
tē dicat: si em̄ in cliēticulū felicis homīs po-
tētis q̄ p̄ueneris aut veritas aut amicicia p̄
dēda ē. Elī dīc alani⁹ de plāctu natu: q̄ hu-
iū p̄stis pestilētia p̄cutiūt p̄ncipuz late-
rales: palatini canes adulatiōis artifices
fabri laudis figuli falsitatis. Hi sūt q̄ ma-
gnato p̄ cōmēdatiōis tuha ī diuituz aures
citharizant: q̄ mellite adulatiōis fauos fo-
ras eructāt: q̄ vt emergāt munera caput dī-
uitis oleo adulatiōis ūngūt. Et Petrus
rauenī. ī qd̄a ep̄la dīc. Elimīat a palacijs

De decalogi

precepto

adulatio veritatē: illi soli i magnatorū gra
tiā admittunt q palpāt blādicijs t aures
fame bibulas calice babylonis inebriant:
bū cū magnatib⁹ ageret s̄c scirēt inf adulat
tionē laudemq̄ distinguere. Sed ceca lau
dis ambitio plus credēs alij de seipso q̄ si
bi vtrūq̄ in distinctiōe ampliāt eos b̄fici
ts q̄s torqure debuerāt t a p̄sūptiōe adulā
di supplicijs detergere: sequit: *Cuz em̄ sal
correctiōis in om̄i sacrificio acceptet a do
mino: mel in om̄i sacrificio reprobaf: h̄ il
le.* *Nim̄ cū dicat Chrys. q̄ sic finis ora
toris est dictiōe p̄suasisse: t medici medicia
curasse: sic finis adulatoriis ē suauī eloquio
decepisse.* *Hā fm Cassio.* *Adulatio blāda
oībus applaudit: oīb⁹ salue dicit: pdigos
vocat liberales: auaros parcos t sapiētes
lasciuos curiales: garrulos affabiles ob
stinatos p̄stantes: pigros maturos t gra
ues: hec sagitta leuit volat t cito infigit:
hec ille: sicq̄ laudat peccator in desiderio
anime sue. *Sz dic̄ Esa. v.* *Ele qui dicūt ma
lū bonū t̄c. vnde talis adulatio est morta
le peccatū t tenet homini quē adulādo se
duxit in damno salutis sue.* *Tertio oītra
riatur charitati rōne intētiōis: puta cū ali
q̄s ad hoc adulat alicui ut fraudulentē no
ceat ei vel etiā alteri corporalit vel spūalit
vñ p adulatiōes triplex i ferre p̄t nocumē
tū. *Primum ē rex exteriō sic ptingit quā
do q̄s x̄bis adulatorijs aliū seducit in em
ptiōe vēditiōe ac diuerſ alijs ptractib⁹: p
ut frequenē ptingit inf eos q̄sūt mediato
res ptractū q̄ dicunt vnderkouffer i vul
gari: ab vtraq̄ pte p̄ciū deceptiōis clā ac
ceptātes: ac vtriq̄ pti se fautores mētiētes
multipharie queritātes: quē eoꝝ absq̄s no
ta poti⁹ decipere valeat q̄stus gra.* *O ma
ledicta rabies auaricie q̄ modis oīb⁹ obli
gat inuidū ad restituēdū insolidū: vnde ta
lis similak scorponi q̄ in parte anteriori. i.
In facie blādicias fngit q̄e in posteriori p
te venenū deceptiōis infūdens pūgit.* *Hā
dicit Elan⁹ de plāctu nature.* *Adulatores
a voluntate vultū: ab aīo x̄bū: a mēte lin
guā: ab intellectu loqlā: am̄lo dissensiōis
incūallo diffibulāt.* *Plerūq̄ em̄ exteriō
plausibilēt applaudēdo collaudāt: qđ in
teri⁹ ptractoria derisiōe defrandāt: foris
virgineo vultū applaudūt: interi⁹ scorpio
nis pungūt aculeo: t h̄ exemplarit patuit
in Samsonē Iudic. xiiij. qui descendēs in
thanata cūitatē x̄blistinoꝝ accepit ux
rem: in cōiūlo igit nuptiarū ȳt dicit ma***

gister in histo. thānatei timētes robur hā
sonis dederunt ei. *xxx.* iuuenes robustos
sermone quasi socios: ope vero custodes:
ne si forte qđ vellit cōmittere crescēte cōi
utorū societate: quibus ait: pono vobis
pbleunia t̄c. *Tandē dixerūt sponse blādī
re viro vt indicet: q̄ sollicitans viꝝ flendo
dicebat: Odisti me: t ideo nō exponis mi
hi: qui tandem victimus molestia eius indica
uit: statimq̄ suis ipsa renelauit.* *Qui sam
soni dixerunt: quid dulci⁹ melle: quid for
tius leone?* *Qui ait: quid dolosius mulie
recetera patēt in textu: t sic p mulierē per
didit. *xxx.* syndōes ac totidē tunicas.* *Hinc
merito dicit qđaz versificator.* *Qui mel in
ore gerit t me retro pungere q̄rit.* *Ill⁹ am
icitā nolo mibi sociā.* *Quidam etiā adulā
tur vt sic in rebus exteriōibus v̄l etiā cor
poralibus noceant alteri sicut quidaꝝ pro
pter inaffectionē gaudent de destructione
aliꝝ: t ostendunt signa leticie de malis q̄
sic referunt cōmendāt ipietates: iniurias:
rapinas t similes oppressiōes: licet iniuste
fm rectā rationē inferant: t tales grauiſ
peccāt alios in malo cōfirmātes t tenet
ad spiritualē restitutionē: ac etiā tēporalez
si ex eoꝝ applausu maior secuta ē damnifi
cationē: t idē est si alteri detrabit per quā de
tractionē puocat audientē ad inferendū
eidē damnū qđcungs vel iniuriā: tūc enim
talit detrahēs tenet insolidū.* *Hic queri
p̄t vtrū causaz suā ex fauore v̄l adulatiōe
per iniustam sentētiā obtinens ad restitu
tionē obligat.* *Ed h̄ r̄sident cōmuniter do
ctores: q̄ si talis habuit malā p̄scientiā dū
lis p̄debat restituere obligat cū omni in
teresse: t idē est si p falsos testes: falsas al
legationes aut instrumenta scientē obtinu
it: vt. *L.* si per fal. alle. *iij. l. j.* imo fm theo.
q̄sūtūt etiā post sentētiā vel p̄scriptionē
incipit habere malā p̄scientiā sc̄z r̄ illā ei
se alienā semp restituere tenet: t h̄ Inno
tenet extra dē īmūi. ecclē. c. q̄ plerūq̄: t ex
p̄sse pbatur insti. de excep. h̄. Itē si in iudi
cio: *Sic etiā officiales q̄ v̄l dños v̄l iudices
suis adulatiōibus incūtāt ad iniuste iudi
candū: opprimendū: exactionandū ex cer
ta sciētia tenet insolidū.* *Sed m nocumē
tum qđ per adulatiōē inferunt est corpo
rale: t hoc duplicitē sc̄z corrūpendo v̄le
dendo.* *De primo igitur queri potest vtrū
per fallaces blandicias virginez corrūpēs
ad restitutionē teneatur eā sc̄z ducendo v̄l
dotando.* *Ad hoc r̄sdet Hosti, in summa.**

In ti. de matrimonio: q̄ si causa decipiendi
et m̄i carnalē copulā extorquendi p̄senserit
aliquis si aliquā sc̄z p̄ fidē simulatam: si dece-
ptor verā vult agere p̄eitētā necesse h̄z illā
ducere in uxore: vel si h̄ fieri nō p̄t d̄z illi
dare virū cōuententē vel aliter satissacere
v̄l̄dotare. Lōcor. Alex. de hal. in. ij. Rich-
ar. in. iiiij. et Ray. Et addit Jo. de pla. insti.
de iniu. h̄. iniuria. x. sine cuius: q̄ attēptās
castitatē mulieris honestā p̄ blandicias in-
terpellādo de luxuria ac plura pollicēdo:
tenet eidē actiōe iniuriaꝝ ac etiā eius vi-
ro: qz pudiciciā illius corrūpere tēptauit.
Similiter sequens mulierem honestā q̄cū:
q̄ vadit: quia propter illius frequentiam
infert mulieri multā infamia: secus tñ sc̄z
leges si mulieres essent induite meretricali
veste. De secūdo vero patet Iudic. xvj. de
samisone q̄ per blandicias Galilei quāz ni-
miū diligebat seductus est: vt indicaret in
quo fortitudo illius consisteret: et traditus
est in manus inimicor̄ eius: vt patet ibidē
in textu: et in his Sc̄o. Sic Judas p̄ blādi-
cias osculi tradidit christum. Sic Joab p̄
osculū et blandimenta x̄bo dicēs: Salue
mi frater decepit et inēfecit Amasam: vt ha-
bef. ij. reg. xx. Hinc merito dicit Hugo de
sancto vīct. q̄ adulator est amicus in obse-
quio: hostis in animo: cūptus in x̄bo: tur-
pis in facto: vnde hoc gen̄ adulatiōis sila-
tur Syrene: de qua dicit Phisiolog⁹ qđ ē
monstrū marinū babēs ab vniūlico surſū
formā virginis: inferi⁹ vero figurā piscis:
hec belua in tēpestate gaudet in sereno dul-
cedine sui cantus facit dormire nauigātes
et quoscūq̄ viderit p̄sopitos ferens ipsos
ad locū siccū p̄mo secū cotre cogit: qđ si no-
inerit vel nō potuerit ip̄z perimit et carnes
eius deuorat: aut etiā nauigantes dulcedi-
ne sui cantus ad se trahit et sic submergi fa-
cit: sic isti tanq̄ Syrene dulcedine adulati-
onis tendūt ad nocūmentū alterius corpo-
rale: aut corrūpendo aut ledēdo et inēficiē-
do directe vel indirecte. Tertiū deniq̄ no-
cumentū quod inferūt adulatores est spiri-
tuale vergēs in interitū ipsius anime: de q̄
bus d̄r Ezech. xij. Ne q̄ p̄sumūt puluilllos
sub omni cubito man⁹ et faciūt cernicalia s̄b
capite vniuerse etat ad capiēdas aīas: q̄ x̄
ba expōit Greg. xvij. moral. et habēt. xlvi.
di..c. sunt nōnulli: ubi dīc. Und h̄ q̄ppes sub
cubito puluill⁹ v̄l̄ cernical sub capite iacēt⁹
ponit: vt mollis q̄escat: q̄s q̄s ḡ male agēti
bus adulator puluillū v̄l̄ cernical s̄b capite

v̄l̄ sub cubito iacēt⁹ p̄t: vt q̄ corripi ex cul-
pa debuerat: in eo fult⁹ laudib⁹ mollis q̄e
scat: hic rursū ibidē scriptū est. P̄p. s. pctōs
edificabat parietē: illi aut. s. adulatores li-
niebāt eā: parietē q̄ppe nomē pcti duricia
designat. Edificare ḡ parietē ē h̄ se quēpiā
obstacula pcti cōstruere: s̄ parietē liniūt q̄
pctā ppetrātib⁹ adulant: vt qđ ille putere
agēs edificat: ip̄i adulātes quasi nitidum
reddat: h̄ ibi. Triplex est igit̄ d̄rha adulati-
onis. P̄d̄ra ē iferioꝝ ad supiores vt illos ī
clinēt ad vota sua: qđ satzptz. iiiij. Reg. xij.
t. ij. P̄d̄ara. xxiiij. In Joas rege iuda: quez
. s. puerulū nutrituit Jotada sacerdos in tī
more dñi: post cui⁹ mortē venerūt p̄ncipes
fre: adulatiōe maligna honores illi diuīos
exhibētes. Dixerūt enim vt resert Rabbi
Salomō eū ec̄ dignuz honore diuīo: qz sex
annis in tēplo nutrit⁹ erat: qđ nec strare lt
cītū erat: nisi his q̄ habebāt loci custodiā:
honore igit̄ oblatū acceptauit: et exinde pe-
tētib⁹ acq̄euit: vt defto dei tēplo fuit̄ lu-
cts et sculptilib⁹: et tenerētq̄ pp̄bas dñi a-
deo vt etiā filiū Jotade sacerdotē lapida-
rēt ad ip̄tū regē nō memorādis mifcordie
a Jotade p̄rē illi⁹ sibi p̄stite: qua p̄p̄t addn-
cēs de⁹ exercitū Syrie: cūctos p̄ncipes re-
gis inēfecit ad vindictā addulatiōis p̄niti-
ose: ac in Joas rege ignomīosa iudicia ex-
ercuerūt plagas. s. turpes et ignomintosas
ifērēdo: dimiserūtq̄ eū ī lāguorib⁹ maxis:
et iisurgētes in eū fui sui ī vltiōez Jotade:
occiderūt eū ī lectulo: Ecce maledicta adu-
latio q̄ lamētabilē finē adduxit q̄ th̄ hodie
fere toto tērap̄ orbe dñaf. Mā dīc Hier. ad
celātiā q̄ isto maxie tpe regnat vltiū adu-
latiōis qđ ē granissimū: qz hūilitat⁹ ac be-
niolētie loco ducit: et ita fit q̄ adulari
nescit aut iudicis aut sup̄b⁹ repn̄te. Sc̄da
x̄o ē supioꝝ ad iferiores dū palpāt eoꝝ cri-
mina: et h̄ ē detestabilior. De q̄ q̄ri p̄t vt ꝑ
officiales palpātes alioꝝ crīmīa ac p̄ h̄ cri-
mīosos punire negligētes ad restitutionē
teneāt. Ad h̄ r̄ndz Jo. de pla. L. de canōe
largitiōaliū ti. li. x. l. l. p̄cepit: q̄ t̄les offici.
puniri debēt ea. pena q̄ crīmīosus: nā iudic.
q̄ reptū si vīdicat facin⁹ tegere vt p̄sci⁹ cri-
mīosa festiat et iudicat p̄scīus tacitus: uno
de p̄latīs dicit Augusti. de verbis domi-
ni. Si neglexeris corrīgere peior factus es
eo qui peccauit. Tertio deniq̄ est equali-
um ad equales sicut ḥtingit inter sodales:
potissimum iher dissimiles p̄soas: quapro-
pter dicit Eccl. vij. In h̄c amariorē morte

De decalogi

mulierē que laqueus venator⁹ est: id est de monum qui venantur animas: et sagena cor eius: quia scz demonū rhetia sunt quis: būs homines capluntur vnde merito La mīe cōparant que ē bestia facie habēs hu nā t corp⁹ bestiale: de q̄ dicit i threntis.iiiij. sed t Lamee nudauerunt māmas: lactauē rūnt catulos suos: vbi dicit glo. q̄ hec be stia crudelior est suis fetibus q̄ ceterē be stie: licet em̄ eos ad rēpus nutriat: eos tamē postea lamat. Et inde dicit Lamea q̄ si lania: q̄ catulos suos laniare ferē. Sic tales mulieres carnales sensualitates nū triūt: sed animas laniāt om̄i psecutore crudeliores: tales em̄ p blandicias trahūt viros ab uxoribus: filios a parētibus: sacerdotes ab officijs: mōachos a claustris: euī scerāt marsupia: debilitāt corpora: cōcupi scēntias inflāmāt t animas dānāt. Qualiter autē hmōi tenent ad restitutioñē dictū est supra. Tertio deniq̄ mō potest adulatioñ p̄trariari charitati per occasiōñ cū sc̄i licet laus adulatoriis fit alteri occasio pec cāndit: licet preter adulatoriis intentionē: t tunc necesse est prudenter p̄siderare vtrūq̄ sit occasio data vel accepta t qualis ruina subsequaf: que studio lectori p̄siderāda relinquo: verūtamē si q̄s ex sola auiditate delectandi alios vel etiā ad euitandū ali quod malū aut ad p̄sequendū aliquā cōmodū alicui fuerit adulatus in necessitate nō esset hoc p̄tra charitatē s̄ esset veniale pec catū. Ad laudē dei.

De quinto peccato alieno scili c̄t recursus t qualis in eo q̄s obli gañ ad restitutioñē: Ser. LII

On furtū facies.

Exo.xx. Quintū peccatū alio nū est recursus ad aliquē recepto rēdefensorē vel adiutorē q̄ scz peccatori fa uet nō solū affectu sed etiā effectu: eū scz in aliquo fouendo t patrocinādo: vt sic libe riū exercere valeat quascunq̄ neq̄tias: iusticias aut vtolētias. P̄orro simplex fa uor v̄l fauor q̄ scz p̄sistit i affectu t nil adiicit effectu ad peccādū: peccat q̄deq̄ in deū sed nō in canonē: t ideo ad restitutioñē obli gañ sed nō homini. Qui vero fauori cor dis effectū adiicit peccat in canonē t inci dit in penā ac tenetur ad restitutioñē put tangit glo. in cle. j. de penis. Et Jo. an. ibi dem si saltē ex illo recursu actū vel saltē au

precepto

ctū ē maleficiū: aut etiā si ex hoc impedita fuerit restitutio facienda ab altero: t i isto fauore p̄nitioso peccat fere oēs q̄ timorem dei nō sunt assēcuti: vt pote in q̄bus magis p̄ualet affectus humanus q̄ diuinus: dic em̄ H̄ero. in ep̄la ad Fabiolā q̄ multa nos facere cogit affectus: t dū p̄pinq̄tatē respi cimis corporū: t corporis t anime offendit mus creatorē. Quapropter p̄sulit Seneca libro de quattuor virtuti. di. q̄s q̄s iusticiā se etari desideras prius deū time t ama vt a meris a deo: amabis em̄ deū si in hoc imi teris illū: vt velis omnib⁹ p̄dēsse nulli no cere: sequit: Justus em̄ vt sis nō solū non nocebis sed etiā nocētes p̄hibebis: nā nihil nocere nō est iusticia sed abstinentia alie ni: hec ille. Et Cassio. sup illō p̄s. t opera tur iusticiā: dicit q̄ iusticia nō nouit paire nō nouit matrē: veritatē nouit: psonā non accipit: deū imitaf sicut fecit Job q̄ fuit defensor t aduocatus miserabilis psonaruz. Sed prochpudor vt dicit Osee.iiiij Mō est veritas: nō est misericordia t nō est sciētia dñi i terra. Maledictū t mēdaciū t homi cidiū t furtū t adulteriū iundauerūt: t sanguis sanguinem tetigit. q.d. ppheta in terra nō est veritas ad p̄ximū in verbis: s̄ p veritate mendaciū p̄nictosū t maledictum scz detractionis: vituperij: falsi iudicij: falsi testimonij t similiū: nō est etiā misericordia erga p̄ximos: s̄ p misericordia homi cidiū: i inferēdo nocumētū corporis: t furtū in rebus possēsis: t adulteriū in psona cōfuncta t per consequens in heredib⁹ falsis qui per adulteriū substituunt: inundane runt. i. supra modū abundauerūt sic aque inundātes p̄rias ripas exēt. Et qđ omniū hoy pessimū est: sanguis sanguinē tetigit: id ē p̄ctū recursus p̄ctū p̄petrationis fouet: quo scz min⁹ corrigat: aut etiā q̄ se curius frequenter. Ex q̄bus verbis p̄t q̄ duobus modis peccatū recursus fouet peccatū delinquētis. s. vbo t facto. P̄do qđē p̄ctū alteri q̄s fouet vbo q̄ttuor modis. s. iniusto iudicio: patrocinio: testimoniō t p̄silio. Q̄tū em̄ ad p̄mū dic Petrus blesen. q̄ officiū officialiū hodie ē iura cō fidere: lites suscitare: trāfactiōes rescinde re: dilatiōes īnectere: suppōmere v̄titatē: fūnere mēdaciū: q̄stū seq̄: eq̄tatē vēdere: ibia re accusationib⁹: p̄futias p̄cinnare: h̄ ille. Et Iſid. de sū. bo. graui⁹ inq̄t lacerat̄ pau pes a p̄auis iudicib⁹ q̄ a crūētissis hostib⁹ null⁹ em̄ p̄do tam cupidus in alienis q̄ iu

dex iniquus in suis: quando enim iudicant non causam sed dicta considerant: et sic negligentes sunt in discussione causantiū sicut in eorum damno solliciti sunt. Ad tales igit̄ iudices confugiūt iniusti qui sunt ex parte eorum: constipatiq; eorum confidētia ceteros iniuste diuersis iniurijs continue lacescūt verbis: factis: violētijs: placitatiōibus et similibus. Quia dicit Iesu. ibidem q; in dices iniqui errant a veritate sentētie: duz intendunt qualitatē persone et exulcerāt se peiūstos dum īprobe defendunt iniuos: et de hoc multa prosequit canon. xj. q. iij. ī diuersis. c. Ut rūtamen tā iniuste iudicantes q; iniustū īdiciū p̄curantes: ad restitutioñ obligantur: et eterno districtoq; diuino īdicio reseruant. Quibus ait dominus Esa. v. Ne qui iustificatis impios promunertbus et iusticiā iusti auferitis ab eo: ppter hoc sicut deforat stipulā et ligna flāma ignis et calor flamme exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit et germe eorum ut puluis ascēdet. Et Michee. iij. Audite principes iacob et duces domus israel: Numquid non vrm̄ est scire iudicium? q. d. ad hoc nemini qui habetis officiū iudicandi. Sequitur: qui odio habetis bonū: et diligitis malū: ac p̄ consequēt abutimini potestate tradita: qui violēt tollitis pelles eoꝝ: id est res exteriores: et carnes eorum sc̄z affligēdo desuper ossibus eorum: qui comedenter carnē populi mei et pellē desup excoriauerunt: et ossa eoꝝ cōfregērūt et conciderūt sicut in lebete: per q̄ verba dant̄ intelligi varij modi affligendi populū: et infra. Audit̄ iudices domus israel: qui ab omniā iniūtū iudicium et omnia recta pueritatis: qui edificatis sion in sanguinibus: id est de substatia et sanguine innocentū: sequit̄: Propter hoc causa vestri sc̄z delicti: sion quasi ager arabic: et hierusalē quasi aceruus lapidū erit: et mons tēpli in excelsa siluaruz. Et sic patet q̄ biernsalē fuit deserta ppter iudicū et prelatorū falsitatē et oppressionē innocentū miserabilū psonarū: et hoc ad minus. lij. annis. Sic iudices senes iueterati dieꝝ maloꝝ ptra Susannā dederūt falsūz iudicū et celerē vindictā psecuti sūt. De iudicib; tū plura videbunt̄ s̄ferius in p̄ctō alieno nō obſtās. Nōtū aut̄ ad sc̄m sc̄z iniustū patrocinij: sciēdū q̄ causidici aduocati v̄l p̄curatores iniustā cām scient̄ defēdētes: tenēt illis q̄ p̄c̄ eoꝝ iniustū patrociū. s. p̄c̄ canillatioes sugfluaſ: dilatioes

falsas: allegatioes p̄nitosas instructioes: aut vociferatioes p̄caces p̄cessum iudicariū puerterēt v̄l ip̄edirēt: vñ tenēt ad interesse tā eris q̄ iuris: nā q̄litercuſ q̄ defendūt altū iniuste suo patrocinio v̄l p̄curādo iniustā alienatioes et solutioes aut impediēdo iustā restitutioē: tenēt insolitū put latius tactū est supra. Namq; cū in talibus plurimi cōfidentes īfinitas adiunctiones excogitāt quibus primos in iudicio spoliare possunt. Nōtū vero ad tertium sc̄z iniustū testimonij sciendū q; multi cōfidentes in testib; corruptis cām iniustum p̄sequūf: verūt̄ h̄mōi sciāt nō solū seip̄os sed etiā eoꝝ testes obligatos insolitū q̄c̄ quid aduersa p̄s amiserit ex eoꝝ falso testimonio. Sz q; de h̄ restat speciale p̄ceptū et etiā videbit latiꝝ in vltio p̄ctō alieno: ideo ad p̄fis sup̄sedeo: vñ adiūcīes qđ p̄dit I si de. li. de sumo bono. Testibus inq̄t fālis cōiunctis tarde veritas reperit q̄ si separati fuerint examine iudicis cito manifestātur: nam sicut in vnitate p̄rauox grandis est fortitudo: ita in separatione malorū īfirmitas: hec ille. Similic̄ si qui alios p̄ accusationē vel denunciationē iniuste molesterint obligantur ad damni restitutioes et iniurie recōpensationē: qđ proximū in dubijs aut in certis accusare nō debuerūt: q̄ si calūnioso ex inaffectione hoc operati fuerint: sunt etiam grauiter punitēdi: vt patet extra de calūniatoribus. c. vlti. Nōtū denī q̄ ad quartū sc̄z iniustū cōsiliū sciendū: q̄ dicit Ambro. li. ij. de offi. talis esse debet q̄ cōsiliū dat: vt seip̄m formā alijs ad exemplū bonorū operū exhibeat: in doctrina in integritate in grauitate. Et iteꝝ: q̄s enī in sceno fontes requirat: quis de turbida aqua potū petat: itaq; vbi luxuria ibi in tēperantia: vbi vitiōx cōfusio est: quis inde sibi aliquid bauriendū existimet: q̄s vtilē indicet alienē cause quē videt inutilez vite sue: an eū idoneū putabo qui mihi dat consilij quod nō dedit sibi: et mihi euꝝ vacare credā: qui sibi nō vacat: cuius animū volūptates occupāt: libido deuīcit: auaricia s̄būgat: cupiditas p̄turbat: hec ille. Ad tales igit̄ depravatos p̄siliatores multi de prauatam et suspectā habētes cām p̄ p̄silijs malignis recurrūt tā in p̄fessionē q̄ et p̄fessionē: in dānationē sui: ī p̄niciē p̄ximi p̄siliatores inuolnētes et seip̄os efficaciꝝ innēctētes: dū vtric̄ obligati rentaneāt ad culpā et ad restitutioē: vt patet in. ij. peccato

De decalogi

alieno: multomagis autem illi qui pusilla
nimes incitat ad impia patranda: damna
inferenda et filia: sibi hosti. etiam et Inno.
quanto efficacior fuit inducere tanto maior
manet obligatio. Similiter qui vtatur facto
animatuo sicut in guerris iniustis qd utun
tur tubis et alijs instrumētis aīatiuis obli
gati remanēt. Secundo principaliter pec
catum alteri^o fouet facto quod silē cōtingi
potest quattuor modis. Primo qdem mō
per receptionē tam personaꝝ quaꝝ rerum.
Pro quo sciendū sibi. Alex. de hal. q ille
apud quē fur predo latro latet cuꝝ spolijs:
dūmō in sua potestate spolia habeat: tene
tur eadē vero domio restuere: nec est ideo
crimē prodigionis redarguēdus si spolia
furto habita restituat: sed potius exēctur
quod iusticia requirit. Nec ex hoc fidē vio
lat: quia in turpi voto debet rescidi fides.
xxij. q. iiiij. c. in malis pmissis rescinde fidē:
et in turpi voto muta decretū: vnde si talia
reciperet animo suandi furi vel sibi furti
pticeps esset: et reus mortis sibi leges ciuit
ies ideo necesse habet illa restituere: tamē
sine pditione persone: q si timeret ne sibi
furti crimē imponeretur: tūc illa pmittere
potest fideli confessori restituenta vero pos
sessori. Et si qritur vtrū fureꝝ vel raptoreſ
receptanteſ ad restitutioň teneant. Rn/
det sacerd Bernhardin^o in tractatu de resti
tutionibus: q sic: quādo recurrūt ad eos
tanq ad patrocinium prestantes in nocu
mentum primorū et dānum quod alias
non cōmitteretur. xj. q. iiij. c. qui consentit.
Similiter ad restitutioň obligātur qui
sic ablata conseruant q dominus rex eas
rehabere non potest: vel qui scienter impe
diunt ne iniusta debita vel ablata reddāt:
sicut ḥtingere solet in uxoribus taliū que
per immoderatas expensas vltra earū do
tes maritos ad restitutioň faciūt impotē
tes: vel econtra quando multeres iniustis
mercantijs ḥgregant que viri earū super
flue consumunt. Preterea queri potest
vtrū locantes domos usurarijs teneantur
restituere pensiones ab eis acceptas. Rn/
det ad hoc Bernhardinus ubi supra q si:
nisi usurarius sit impotens usuras restitu
ere: quia tunc non possent recipere pensio
nes nisi prius eam debuissent habere par
ticipes tamē sūt omniū malorū que in his
domibus ex fenore perpetrantur: et idem
intelligendum est de his q locat meretrici
bus adulteris taxillatoribus aut quibus/

precepto

cunq vitam facinorosam manifeste ducē
tibus. Similiter et hi qui tales impios ho
spicio recipiunt ad exercendum actus qd
cunq sceleratos: quia tales omnes pecca
torū patratorū efficacē causaz tribuūt. Se
cundo modo fouet quis facto peccatiū alte
rius p defensionē. Pro quo sciendū q hec
defensio duplicit fieri potest: vt tāgit glo
in clemē. vna de penis: nā pmo fit defensio
auctorizatiōis delicti etiā ante factū: et tal
defensor grauius puniſ q agens: vt patet
xxiiij. q. iij. c. Qui alioꝝ erroē defēdit mul
to dānabilior est illis q errāt tē. Aliqua
ndo vero fit defensio post delictū: puta quā
do qd ipedit ne delinquēs ad manus iudic
vēiat examinād v̄l punciēd: de q pōit. xx
vij. q. j. Si custos: p totū: vbi d̄r de eodē. Et
xxj. q. v. vbi plane de hoc in diversis capi
tulis ostendit: q eadē pena punciēdus est:
v̄l si saltē ipedit ne fiat executio iusticie in
delinquentē: vt extra de offi. dele. talis eti
am eadē pena puniri debet; et e. ti. c. felicis:
post principiū. Et addit glo. i dicto. c. vna
de penis: nō tñ puto q is q talē defēdit ne
ledat a priuato nedū tertio sed ab offensio
v̄l eius ḥsanguineo vindicare volentibus
cludat hac pena cū illa sit iniuria ad quā
etiā ppulsandā a socio qd tenet: vt de sen.
ex. li. vj. c. dilecto: circa finē cū suis ḥcor. t
hoc ideo qz delinquētes puniri nō debent
nisi iuridice auctoritate publica non priua
ta. Juxta illō Deut. xvij. Juste qd iustū est
exequeris. Ubi vitij huius detestatio qua
scz delinquētes defendit satis ostendit. Ju
dicū. xx. In facinore patrato cū uxore leui
te quā incredibili libidine verātes intere
merūt. Congregatis autē qdringentis mi
libus viroꝝ ex israel ad vindictā sceleratu
bus: ne forte furor dñi stillaret sup oēm po
pulū: miserūt pncipes eoꝝ ad tribū benia
min dicētes: Cur tātū nephas in vobis re
ptū ē: tradite nobis illos q b̄ nephas ope
rati sūt vt moriantur et auferat malū de isrl.
Qui noluerūt audiē frēs suos: s ḥgloba
ti sūt oēs in gabaa vt illis ferrēt auxiliuꝝ.
Quapropter diuino iudicio sūt infecti. xxv.
milia viroꝝ cū mulierib^o et puulis totamq
vrbē vorax flāma ḥsumpsit: euaserūtq
sexcenti viri ī solitudinē fugiētes. Ceteri si
vt d̄r. ij. Psara. xix. Josaphat rex tā seuere
corrept erat: eo q ipio iustū pberet auxili
um: ita q ex rigore diuine iusticie vindicta
diuina multari dignus erat: dicēte pphe
ta. Impio prebes auxiliū et bis qui domi

num oderunt amicicia iungeris: et idcirco
iram domini merebaris: sed bona opera i-
uenta sunt in te. Quid igit meret quod impi-
is impiū et iniustū prebet recursum in rece-
ptione vel defensione: hec autē impia defen-
sio puerorum: et oppressio innocentū maximū
prebet incentiuū diuine vindicte super gen-
būanū: ut liqdo p̄t. Hier. xxij. t. xxij. ubi
domin⁹ mittēs Hieremiam ad regē Zedechi-
am: precepit ut non per nuncios ut disposu-
it sed pseipsum ut dicit glo. regi loqueretur et
diceret: Iudicate mane iudiciū. i. sine pro-
gatione et eruite vi oppressū de manu calū-
niatis: ne forte egrediatur ut ignis indigna-
tio mea et succendat et non sit qui extinguat
per maliciā studiorū vestrorū. Sed non
audiuit eum rex: quapropter dedit eū do-
minus et filios et nobiles qui fuerunt acto-
res oppressionis iniuste in captiuitatem re-
gi Babylonis: qui iterfecit filios eius et no-
biles in oculis Zedechie. Deinde Zedechi-
am exoculatum duxit captiuū in babylonē
et sic miserabili morte vita functus est. Ter-
tio modo fouet per subventiones que fieri
potest multis modis. Primo signo indica-
tio: sicut in guerris iniustis proditorie co-
tingi solet: cum aliquis statuit in certo lo-
co: ut dato fumo vel alterius rei signo ad
predā ceteri concurrent: castra vel ciuita-
tes ingredientes et predates. Secundo mo-
do inductio: ut cū quis aliquid operatur quod
proditio vel malum aliquod suum consequatur
effectum: quod alii perpetrari non posset
ut cū igne quis in aliquā domum ponit quo
gentibus ad extinguendum igne cōcurrē-
tibus proditio interim suū consequatur esse
ctum: aut cum capta terra quis primo do-
mum incēdit et ad idē faciendū alios suo
exemplo inducit. Tertio opem prestando
ut cū mutuat arma et similia ad maleficium
oportuna. Sed quid de eo qui mutuat alte-
ri ad exercendū usurias. Id hoc quidam
dicunt quod si non erat alii feneratus tenetur
mutuā insolidū: secus autē si erat fenera-
tus. Alij vero rationabiliter moti dicunt
quod licet particeps efficiatur omnium peccato-
rum tamen in neutro casu obligatur ad restitutio-
nē ex eo quod in usura invenit voluntariū mi-
xtū: ego autē puto utrāque opinionē saluare
posse. Et prima quodē opinio locum habere vi-
det quā fenerās ex aliq casu efficiēt potens
non soluedo: tūc enim mutuās tenet insolidū
pro illa saltem parte quam feneranti cōces-
tur ad exercendū fenus. Secunda vero opti-

nio locum habere videtur cum fenerās non
est impotens ad restituendum: et sic de ali-
is subventionibus prudēs lector silogiza-
ri potest. Quarto modo fouet alteri pec-
catū per descriptionē: et hoc tribus modis.
Primo scripturā falsificando: puta qui p̄
falsum testamentū seu aliud instrumentū
seu per aliā scripturā falsā aut falsificatim
in libris mercantiarum seu aliorum pacto-
rum aut debitorum alium iniuste damnifi-
cat insolidū obligatur satissimē: quia ad
hoc causam dedit efficacem: ut. ff. de magi-
stratibus conueniētis. l. j. ff. de furē. in. l.
qui tabulas: et idem est si quis non produ-
cit in lucē litteras quascunq in damnum
alterius cui iuste competit actio earundez
Secundo instrumenta illicita conficiendo
sicut qui scienter conficiunt instrumenta de
soluētis usuris: vel alias litteras quascū-
q: ex hoc enim notarii scđm Hostien. effici-
untur perturbi: quia cum creantur hec abiu-
rare solent: et per consequēns famas ut la-
tius patet supra. Tertio talia sigillantes
vel subscribentes: nam sigilla prelatorum
faciunt instrumenta autentica: ut extra de
fide instrument. c. scriptura: et per hoc laici
credentes huiusmodi contractum per ec-
clesiam approbatum liberius peccant. Si
militer prelati vel superiores quicunq sub-
scribentes cedulas usurariorum: scđm Ho-
stiensem et Hōffredū si legunt et veritatem
percipiunt particeps fiunt usurarum pec-
cati: licet non cōmodi: hoc attendat recto-
res communitatū qui sigillat litteras usu-
